~~Poëtae polono-latini. 1562.~~

Simonides Simon.

Simonidę Simonis: Aelinopaean.

ΑΕΛΙΝΟΡÆΑΝ

Simonis Simonidę

Leopoliensis.

Ælinopœan
Simonis Simonidæ Leopolienſis.

Strophe. I.

DIffidentia, quæ futilibus
Auris ſuſpicionum
Elata, recti conſilij obices
Voluis tenebras, veritatisq́ aureum
Solem, inuida caligine,
Mundo eripis: rerum interitus miſeros,
Et damna ſerò pœnitenda,
Pòſt propagans, fædo abortu:
Quantis malis implicâſti,
Altricem patriam meam,
Septemtrionum ocellum,
Mauortis aream duellicam,

Antistro: I.

Terram magnanimûm Roxiadûm?

Quam, (prô fata fera, ach fe-
ra fata) sæua indagine, Barbarus
Hostis, modò penetrauit; ignium ferus
Iactator, insessor procel-
lipes domorum, non pecorum aut hominum
Discriminis seruans, neque vlli-
us satur prædæ aut rapinæ.
Hunc turbinem olim adfuturum,
Gnari multa Samoscidæ,
Præsenserat catum cor,
Longè antè. enim robur capax labo-

Epo: I.

rum, & mens consilijs fulta fidelibus,
Cui suppetit; futuri
Scientiam is cognatam habet.
Quorum vtrorumque vsibus aßiduis,
Æuum subactum poßidet Samoscius.
Ergò luce velut palam
Viderat in media
In Rußiam ventans malum.
Regemq́, seßimoniumq́
Regium, plena procerum in corona,

STRO.

Stro. II.

Pulſabat validis hortatibus:
Magno nauta mari ceu,
Clauus regendus cui onerat manum,
Pellaciæ omnis Ponticæ ſat conſcius,
Nulli ſereno credulus,
Proporrò turbas æquoris ingruere
Sentitq; , nuntiatq;,remi-
gumque robuſtam increpat vim.
Fando recenſebat ille,
Vtcunque, exuperans fauor
Diuûm, rei Polonæ
Donaret euentus pulcherrimos;

Antis: II.

Ne ridente animum diluerent
Fortuna, leuis auræ
Securi; eò, quin ſollicita mage
Cura excubarent, ſerus incerti vehat
Quid veſper. ac vel omnia
Portu natarent iam in placido; ſibi quo-
ties recordaretur oræ

 Rußiæ,

Rußiæ, non poße mentem
Consistere; illam suéti
Quandò præsidij vide-
at indigam, nec vsum
Vllum relictum per Polonias

Epo: II.

Fixæ militiæ. si subita infremat
Procella, se se habere ex-
ploratum, & ipsis editos
Patribus Dijs, figere splendida non
Solitos trophæa, vnius hastæ cuspide,
Magnas, magnam opulentiam,
Poscere suppetias;
Caßamque custodis forem,
Ad damna prædonem aduocare.
Non Scytham tantæ pietatis eße,

Stro: III.

Cui ignotus ager, cui nec ara-
tur, nec conseritur, sed
Vetus rapina viuere mos tenet;

Porta

Porta data, prædarum vt immemor velit
Manere. quanquàm esto, vt ferox
Lupi fames, mite induat ingenium,
Atque æquitatis limitem intrà
Se coërceat, nocendi
Vltrò abstinens: nidulato-
rem tamen Dneperi accolam
Vagum Nisouium, nun-
quam huius daturum copiam boni; ir-

ANTIS: III.

ritatam rabiem, atrox Scythia
Ne mox exerat. is quo-
niam, loca in sola, ob melioris o-
dium recesset vitæ; & à laboribus
Iustis, ad insolentiam
Se contulisset belligerandi; agitan-
disque vndique improbis rapinis
Incubaret: non Dei, non
Legum sciens, fœderumúe;
Tantumque asiduæ daret
Iniuriæ, per omnem
Viciniam: vt nisi fræno illicet

EPO:

Epo: III.

Acri, in legitimum ponitur ordinem,
LatrocinIque finem
Tandem facit: iam non modò
Impigræ vltrici Sythiæ, stimulum
Hunc admoueri ad sæuiendum congruum;
Sed bello quoque Turcico
Sat fore sollicitan-
do. cuius impetum horridum,
Vel perperam ire prouocatum,
Vel pati, vt spontè irruat imparatis,

Stro: IV.

Mendosè rationantûm hominum
Esse, & cladis apertæ.
Hæc tum tonabat verba, tenax minis
Instare monitorum orbitam veracium.
Ventis sed obstrepentibus,
Inter sonorem siluifragum, haut facile
Humana vox aptatur auri.
Consulares nec tum apud vi-
ros, audiebatur ille

Sermo,

Sermo, turbine suspici-
oñum, fidem opprimente,
Quasi is, suam furore in Martio.

ANTIS: IV.

Qui spernens animam, pro patria
Hosti se toties ma-
gnam victimam deuouerit; arduus
Æquè manu, & sapientiæ templa edita
Cum flore virtutum obtinens,
Priuata lucra, incommoda publica per,
Fallace venaretur arte.
Spreta veritas, amat ful-
men, accita ira, æmulari.
Feruens vrit enim dolor,
Videre corruentes,
Qui stare contemnunt de industria.

EPO: IV.

Nec se continuit; quin genus omne homi-
num, & Diuûm, & omne quodcun-
que est fas nefasque, testimo-

nl ad ſacramentum, increpitans rnperet;
Genioque patriæ, ſuam deponeret
Dextram, fidi animi obſidem.
Quandoquidem ambiguus
Sententiæ feratur atque
Indignior, quàm tuto credi
Cui poteſt; belli interea labor, ſi

STRO: V.

Quâ prorumpat, & improuida tur-
bet regna, exitijque
Det vulnus: illorum fore crimen, e-
uentu magiſtro, ſaucij, ſerò vtilem
Qui poſt crepant ſolertiam.
Nunc ſe monentis temporio officio
Fungi: ſed excludi inuida aure.
Tum quieuit, cura edens cor.
O Muſa, quæ mella mî li-
bas ignobilis otij;
Immunis vt, carenſque
Honorum, inerti me ſilentiò

ANTIS: V.

Dam-

Damnem; non mihi tu falsiloquam
Doctrinam memorasti.
Si quandò vitæ tædia me meæ
Vexare possent, & negotijs auer-
rem intrudi: vt angustis poti-
us in viarum anfractibus, indomito
Concurrerem pugnans leoni;
Quàm súásor fortis orsi
Ad dissonum vulgus irem.
Hoc certamine, lubricum
Postquàm pedem frequenter
Impingat, omnium arrectissimus

Epo. V.

Vir; nec sustineat frangere murmura
Inconditùm frementis
Turbæ. neque hos miror tamen;
Dissiti, amplo in corpore, latipaten-
tis regni, ad ærumnam remotam, incredulo
Si qui pectore dormitant.
Maxima nec Babylon,
Longinqua sensit protinus
Tecta vrbis, inflammari ab hoste.

Nam domi quod fit, fodicat propinquo

Stro: VI.

Id demum stimulo; ad damna alie-
na, vltrò quisque supinos
Sensus gerit.   vos, vos, paries quibus
Ardens, petebat proxima flamma latus;
Quorum imminebat vertici
Ruina præceps; vos stupeo mea gens,
Germen beatum Russiæ almæ.
Nam ferunt, authoribus vo-
bis, rem impeditam; lupatum
Ne Nisouius accipe-
ret.   quem, manu esse promptum,
Vitæque non parcum, ferro pacis-

Antis: VI.

ci; non quisquam alius, non ego pos-
sim cum fronte negare.
Sed, nulla virtus, fruge bona nitet,
Legem, omnium reginam, abhorret quæ pati.
Vetabo, si prudentior

Se pa-

Se patria quisquam gerere instituat;
Nec arma bellatoris acri-
ora perferenda, suprà
Quàm lex sinat.   tædet in vul-
gus sparsi opprobrij; attamen
Rumor frequens susurrat;
Plerisque vobis cum Nisouio,

EPO: VI.

Commune esse bonum, participandaque
Belli arte, furta quæri.
Hoc obstitisse, sub iugum
Feruidæ ne colla licentiæ abi-
rent.   subdolus lucri est nitor; blanditur in-
escans exiguo illice;
Retia mox aperit
Cuncta haurientûm cladium.
Morbo impotenter obsecundan-
tûm, procax hæc mollicies habetur;

STRO: VII.

Vt culpa tenuis sæpe cibi,

Ob ſolatia parua
Læſi palati; funeris accele-
rent vltimam horam, perperàm inſanabiles.
Imago veſtra, hæc ne foret
Vellem nimis. verùm, horrida vaſtities,
Humoque fumans Ruſsia omnis,
Clade ſat monent recenti :
Niſouienſis rapina,
Quanto fœnore conſtite-
rit; quàm Scytha, ærea, aure-
is, lance inæquali, mutauerit.

ANTIS: VII.

Luctus ſingula fari prohibet.
Heu, cui ille pepercit
Aut ſexui, aut ætati, hominumue, ani-
mantumue? cui rei prophanæ, vel ſacræ?
Cui culto, & inculto loco?
Quæ virgines, matrum è gremijs; quot aba-
ctæ coniunges, obſcœnum ad vſum,
E virûm complexibus? quæ
Pubes, qui alumni Gradiui,
Bellorum vnica robora,

Straue-

Strauêre cæde terram?
Omnique congesta cum opulentia,

EPO: VII.

Plebs, nullo ordine, nullo numero, pedi-
cis acribus recepta,
Finesque pulsa trans suos,
Ferreum in sæclum, exilij ad toleran-
tiam nefandi. lachrimæ; haut meta hæc mali:
Maior vos metus imperat
Sistere mollem oculum.
Podolico nondum ex agro, tem-
pestas migrarat illa: quùm
Ecce deîntegro, legionibus sub-

STRO: IIX.

nixus Threicijs, Danubij
Tranans ripam, aderat fe-
rox Turca; eundem vindice persequens
Nisouium dextra; Scythisque iungere
Socia agmina ardens. sic iubet
Conserta sæuo fœdere relligio.

Nos in-

Nos interim ad vexilla Christi,
Ambitu improbo, atque fœda
Discordia, sanctum amorem
Obliviscimur; & rui-
mus vulnera efferati
In mutua, hostile ad ludibrium.

ANTIS: IIX.

Dij? quæ tum facies? quæ misera
Concursatio? quæ con-
clamata, planctu funditus vltimo,
Rerum omnium fortuna? ripa qualis in
Patente, Nili imperuij,
Dracone ab immani, horrida flammiuomûm
Stringente ricta dentium, prên-
sus viator; non fugæ, non
Pugnæ potens; vltimo pal-
lore, huc ambiguum pedem,
Atque huc rapit; sui impos;
Gulaque iam se se ima haustum autumat.

EPO: IIX.

Summo

Summo ſic tum etiam ſanguine progeni-
tos vidi ego duces, ple-
be cum vaga promiſcuos,
Fauce iam clauſos velut hoſtis, anhe-
lantes, manumq; languidam, modo huc, modò
Illuc proijcere, & ſpei
Relliquias trepidas
Vix conſouere; cum querella
Caduca, & imbelli ſono;
Feſſaque addictos prope colla, vinclo

STRO: IX.

Iam iam Barbarico. haut nempe aliter
Pax infracta ſolet, per-
miſſumque pectus deſidiæ, meli-
orumque obaudiens, ſuos nutricios,
Producere ad fati aſpera.
Torpentûm ineptè, ô Magne SAmoſciada,
Reſpublica haut eget virorum;
Altiora viribus ſed
Qui audere poſſint, patique.
Ten' dicam domitum quoque
Metu? aut paraſſe robur,

 Experdita

Ex perdita spe? quando huc aduolan-

ANTIS: IX.

tem, istas in regiones, rapido
Cursu, vidimus vni-
cum. nulla mentis tum trepidæ tibi
In fronte mœsta ruga. testis illa nox,
Vulgusque densum. sed lea,
Vis sæua venantûm, sobolem quoties
Illi relictam oppugnat, infan-
tûm accita imploratu acuto,
Vt se rapit, vulnerum vt cu-
ram contemnit, & obuiàm
Densissimis volat te-
lorum ictibus, contra omnes, sola par.

EPO: IX.

Sic te tum rapiebat furor igneus,
Audere pertinacem
Vnum. hinc ferox lingua; hinc mina-
ces cruenta luce oculi. modo pos-
cere arma, modò damnare serò credulas

Mentes;

Mentes ; aut pauidis metum
Excutere ; ast alios
Armare præsentes ; & absen-
tûm strenuam inuocare opem ;
Muniendis vrbibus admonere

STRO: X.

Intentos alios ; linquere nil
Intactum, nec inausum.
Redux videri continuò omnium
In membra pristinus vigor, geluque cor-
da dissoluta surgere.
Et iam pudoris, degeneres animos,
Virtus respirans arguebat.
Nemo non crepare ferrum ;
Nemo manum, nemo nomen,
Non adscribere militi-
æ, ingentibusque grassa-
ri ausis, repulsam ad hostium impigram.

ANTIS: X.

Sic olim validis imbribus, aut

Dira grandine, latè
Quaßata campis, luxurians ſeges;
Soloque profligata tetricum in modum;
Solis ſubinde lucidam
Si vim ſupernè ſentiat, & radio
Caleſcat inſtaurata, mox geſ-
tit renidere, atque honorem
Priſcum reſurgit receptans;
Cæliq́ue exilit in ſpaci-
a, promicante culmo.
Leone duce, vel ceruos ſumere

EPO: X.

Fortem fas animum. quid iuuenum face-
ret flos, refecta bello,
Lectißima ante corpora,
Agmen acri prægrediente viro?
Victorias cuius, recenſere affatìm
Non vno inclyta nomine
Gloria ſuppeditat;
Victum vſpiam, virtus vetat fa-
ri. hæret diêi ſplendor il-
lius, hærebitque oculo, diu de-

STRO:

STRO: XI.

mirantum populorum, in memori;
Quùm te, iam ſat adulta
Belli mouentem robora, propalàm-
que euntem in hoſtem, militum nimbi horridi,
Ferroque fulgentes cater-
uæ, hac adfremebant atq; hac; ſonipesq. rigi-
di conſcius ſeſſoris, ardu-
o pede increpare terram,
Et fræna proferre contrà,
Feruebat volucrem gradum;
Spargens lupis cruentam
Spumam, & crebrùm ceruice fluctuans

ANTIS: XI.

Sublimi; haud ſine naris rapido igne,
Palpebraque vibrata
Identidem. præ rumor it anteuo-
lans, ocior ventis, feros quaſſans metus;
Sequuntur, implentûm æthera,
Grata remiſtæ lætitia lachrimæ,
Arasque circùm fuſa vota.

Iam tum in arua nostra se se imponebat hostis, gemente humo sub pondere; & oppida
Iactis vorabat ignibus, acer impetu effusissimo;

EPO: XI.

Certaque, haut mora, spe præcipiens sibi
Nostrûm omnium ruinam.
At nemo turpius cadit
Magno ab incepto; quàm animo tumidus
Qui despicace, hostem sibi proponit imbellem; vimque opibus suis
Arrogat omnigenam.
Spectaculum mî mentis ante lumina, obuersatur huic par.
Ætheris latas quoties cauernas,

STRO: XII.

Nimborum picei conduplicant
Montes, fætaque fulminibus, creatrix horrisona imbrium,

Tonitri-

Tonitruoma it nubes; tenebrarum rotans
Agmen, facesque fulgurum
Miſcens crebras, perterricrepo fremitu;
Non illam ab alto nauta proſpe-
ctat mari, terroris expers;
Non paſtor, aut cultor agri;
Turritis etiam vrbibus
Latè pauent, fugaque
Se quisque condit in tectas domos.

Antis: XII.

Si ſe ſe intereà, ventipotens
Cœli è parte ſerena
Effundat, & contraria flamina
Opponat, infeſtiſsimus Boreas; retor-
quet illicò curſum atra nox;
In terga raptìm præcipites tenebræ
Sidunt, volant hac fragmina atque hac
Nubium; molesque nimbo-
rum cuncta, inanes per auras
Vaneſcit lacero agmine.
Sic, poſtquàm inaudijt nos-
tros promoueri contrà exercitus;

EPO

Epo: XII.

Ille irarum opulens, ille ferox minis,
Retrò gradum repreßit;
Sensimque sedes subtrahens
Se in suas, disparuit; immodicus,
Et inchoandæ, & deserendæ æquè spei.
Aspris cautibus, ô lyra,
Pœnè ratem creperam
Afflximus. vita vadum
Iactantiæ; neu gloriam se-
ctare, falsis laudibus impeditam;

Stro: XIII.

Ex vero cape. quis credat enim?
Europæ, atque Asiæ, oppres-
Sorem Tyrannum; qui domito super
Se se orbe, latè ostentat, horror omnium;
Cui neruus infinitus, ad
Patranda bella, olim superat; medita-
tum in nos furorem dum exerit, mo-
lemque maximam profundit
Exerciti; nostram, ad arma,

Hautius-

Haut iusto numero parem,
Raptìm manum cóáctam,
Exhorruisse, & versum isse in fugam.

ANTIS: XIII.

Liuor me aspicit obliquo oculo.
Audacem tamen asse-
quar veritatem; quâ via secta se-
mel, inclytum vocat pedem. si virium
Contentio, luctamue, con-
flictumue pugnæ, prouocet ad specimen
Robustitatis æmulandum:
Qui periclo se se arenæ
Committere ausit, vel ipsum
Contrà centimanum Gijem,
Certator vnus è mul-
tis, repperiri non ægrè solet.

EPO: XIII.

Natura ingenerans corporibus siqui-
dem, robur affatim affin-
git; estq; vir virum suprà;

Et minor magnum facile aggreditur.
Ast mentis ad certamen, & vices eas,
Quæ clarant hominem merè,
Fisa sibi egregia
Virtus, vbi processit; at-
que opes repertas maximarum
Artium, luce edidit in patenti:

Stro: XIV.

Campo credere se, rarus amat.
Torpens dum prohibet cor,
Rudisque vitæ conscia vilitas.
Nec fallere est animum, suas vires, seue-
ram metientem ad regulam,
Sensu secreto pectoris admonitum.
Nec parte in hac, quisquam sibi sat
Vendicat; qui per diu su-
datum laborem, ante multò,
Thesauros sapientiæ,
Musarum in officina,
Non reperit. spretæ sed in iuuen-

Antis: XIV.

ta illæ

ta illæ, post senij stultitias
Produnt, attenuantque
Cordis minores. porrò, alacrem indolem,
Sublime susceptam, secundis promouent
Alis, & ad iubar suum,
Cælo refictа consolidant acie:
Pars, quicquid accretæ vspiam extat
Labis, emundare, copi-
amque artium affundere omnem;
Pectus, pars, adamantina
Munire firmitate,
Prægestientes. donec ad sacrum

Epo: XIV.

Limen, cunctipotentis, labor arduus,
Prudentiæ penetret.
Hæc omnium, regina la-
tè vigens rerum, premit imperio,
Frænatque vitas ancipes mortalium.
Insanum mare nauita
Hac duce sollicitat,
Sæuisque tempestatibus
Illudit audax: hac domorum

Sustinentur culmina non caduca,

STRO: XV.

Statque innoxia rite vrbica res,
Regnorumq́s salus vi-
gel: huius adnixa auxilijs, bea-
ta pax, serena fundit æui germina,
Pangitque mansuram fidem:
Hæc bella nutu temperat indomito:
Hanc perfidi pauent Tyranni:
Hostis, hanc in hoste, cumpri-
mis horret, altosque ponit
Luxato impete spiritus;
Vtcunque maior armis,
Cæca sed ambage imperitiæ,

ANTIS: XV.

Informiq; anima, deterior.
Dum flagrat medio axe
Sol, vadat is purum inficias diem;
Qui, te Samosci, summitates omnium
Tenere splendorum, erudi-
tæ mentis,

tæ mentis, effrons perneget; aut ſapiens
Pectus tuum, magno orbe terræ,
Luce non clarere aperta,
Contendat. hinc nempe certum eſt;
Formidabilis vt vide-
âre, & tuos pati vul-
tus, barbaro hoſti, promptum non fue-

Epo: XV.

rit; quin ſe volucri, protinus ad loca
Semota, itu referret;
Vltròque, ſpectatę tuę,
Cederet virtuti, animis leuior.
Nil abnegatum peruicaci induſtriæ eſt.
Primos, is tamen occupat,
Laudum apices; varia
Qui poſt laborum munia,
Manum fatigatam, in ſinu Di-
uûm locat, gratumque decus reponit,

Stro: XVI.

Cuncta autoribus illis tribuens.

 Nec te

Nec te, istam pietatem,
Fas linquere: eisi suprà hominem sapis,
Cælestium minor, colens proiectam humum.
Cupido me dia abripit;
Affusus aris, flexanimes cytharæ
Modos, vt ad vota exigam. quid
Est? quid adprecans mage optem?
Pacemne, an arma? ô supreme
Regnorum, atque hominum sator,
Clementius boni quo
Nil sentiunt, idem acer criminum

ANTIS: XVI.

Vltor; suppliciò si scelerum,
Hanc, imo ex phlegetonte,
In nos retorsisti Furiam Sara-
cenam, parasque perdere in nexum datos:
Ceu regna Graiûm, & Pannonas,
Nilumque sacro conspicuum vbere agri;
Placatus absiste, & quietem
Redde, vt vt perire prome-
ritis. datum sin' nimis pœ-
narum est, & tua te, Pater

Oppro-

Opprobria, atque honorum
Strages tuorum tangit, belluam-

Epo: XVI.

que hanc, ſtat tollere, nosque auſpicium dare
Felicibus iubes or-
ſis: non ego externer cruo-
rem tuens fuſum, nec amorem habeam
Imbellis æui. ſed rigens ferrum, & iuuen-
tus, crudelibus effera
Mî placeat ſtudiis.
Nec abnuam, cadauerum,
Referre pacem CHRIſtianam
Priſtinam, magnis cumulis redemptam.

IESV CHRISTO, LAVS, ET GRATIA.